



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Legia Catholica

Roberti, Johannes

Leodii, 1633

Lectori Leod. Catholico.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)

LECTORI LEOD.

CATHOLICO.

EXcusis iam omnibus, quæ
huius Libelli erant, exhibentur mihi ab Illustrissimo atq; Reuerendissimo D. Nuntio Apostolico, Litteræ Eminentissimi Cardinalis BARBERINI, iussu Sanctissimi VRBANI VIII. Pont. Max. ad ipsum datæ: & ipsius Illustrissimi Nuntij ad Magistratū Leodiensem, eodem argumento. Quod Argumentum cum ipsissimum sit cum meo; iudicavi gratum tibi fore, si hic vtriusq; Exemplar adderem. Et ecce habes.

*Exemplar Litterarum Eminentissimi D. Cardin.
Barberini.*

ZELV S Magistratus
Lustius Ciuitatis, erga
integritatem Religionis
Catholicæ, in omni æuo
semper conspicuus fuit,
& peperit, ad bonū eius-
dem Religionis, illos ef-
fectus, qui poterant ex
optimis Catholicis desi-
derari. Ex hâc radice pul-
lulauit, ac prodiit nouum
Edictum promulgatū ab
isto Magistratu, contra
Sacrilegos veræ Religio-
nis violatores. Quod cū
Sum-

Summo Pontifici, supra
modum placuerit, bene-
dixit paternè Magistra-
tui, & iubet, vt Vestra
Dominatio reddat ipsum
conscium Iubili quo per-
funditur Sanctitas eius,
ex continuatione zeli e-
iusdem erga Catholicam
Religionem, & vt signifi-
cet Benedictionem à San-
ctitate eius impertiri ei-
dem Magistratui, &c.
Romæ 4. Iunij, 1633.

*Franciscus Cardinalis
Barberinus.*

Exemplar Litterarum Illustrissimi atq; Reuerendissimi D. PETRI ALOYSII, Episcopi Tricaricensis, Nuntij Apostolici ad Magistratum Leod.

VT I libenter arripio occasiones celebrandi iustis Elogijs Piëtatem, ac sinceram Religionem insignis huius Ciuitatis Leodien- sis; statim atque emanauit Edictum illud salutare, latum aduersus Hereseos, iam nimium propinqua, contagia, de eâ re ad Sanctissimũ D. N. VRBANVM OCTA-
 UVM

uum retuli, atque adieci in
litteris meis eas laudes, quas
hic propterea Magistratus,
& Populus promeretur. Ex-
hilaravit autem tantopere
animum Summi Pontificis,
ea tam iucunda, & Ciuita-
ti huic tam honorifica nar-
ratio; vt in plausus, & gau-
dia exultabundus inuitari
coeperit, ac fateri, studium
seruandæ, augendæq; Reli-
gionis Catholicæ, in Magi-
stratu Leodiensi, fuisse ante-
hac in omni æuo perinsigne,
& fructus illos attulisse, qui
ab optimis Catholicis expe-
ctari poterant. Ex hac verò
radice pullulasse nouum E-
dictum,

dictum, promulgatum contra violatores sacrilegos vere Religionis. Porro cum hoc Edictum, supra modum laudauerit, probaueritq³, ideo Magistratui Leodiensi paternè, ac benignè Apostolicam benedictionem impertiuit; & mihi iniunxit etiã, vt exprimerem Iubilum sanctitatis eius, natum ex tam illustri, & constanti continuatione, in proposito tuendi Catholicam Religionem; & vt cõscias redderem DD. VV. impertitæ à Sanctitate eius propterea Benedictionis Apostolicæ. Hoc ago in presentia, & cum ad laudes
Pon-

Pontificias nullum accedere
aliud encomium possit, quod
inferius illis esse non censea-
tur; hortor saltem, vt præ-
clari huius meriti possessio-
nem DD. VV. retineant diu-
tissimè, atque ad Successo-
res, Posterofq; transmit-
tant. Sentiât Hæresis, post-
quam ad fines Ciuitatis, &
Ditionis Leodiensis peruenit,
sibi, velut æstuanti pelago,
dici deliberatè; Hic con-
fringes tumentes fluctus
tuos Sanguis gloriosi Mar-
tyris S. LAMBERTI ad-
huc feruës ardentissimâ er-
ga Leodienses suos charita-
te, sistat inundationem eius.

Sit

Sit LEODIVM, quasi Religionis Pharus, & hinc vera Fidei fiat significatio ijs, qui circumquaque naufragium eiusdem verae Fidei, aut patiuntur, aut metuunt. Denique, ostendat Civitas haec se Filiam esse specialem Ecclesiae Romanae; & nullis blanditijs, aut fraudibus à complexu tam charae Matris se auelli patiatur. Ita futurum ominor, ac spero; & DD. VV. precor gaudia felicitium. Ex Aedibus Nostri, die 4. Iulij 1633.

PETRVS ALOYSIVS
Episc. Tricaricen.